# THE SARUM RITE

## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome B

## Fasciculus 17.

Pages 665-692.

## Proprium de tempore.

## Ebdomada j. post octavas epiphanie.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published August 1, 2008.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.

# *[Ebdomada j. post octavas epiphanie.]*

## ℂ *Feria ij.*

### *[Ad matutinas.]*

*[Unus clericus de secunda forma cantet.]*[1]

AS:110; 1519:119v; 1519-P:59r; SB:ccccxviii, SB-P:69.

Invit. IV.iv.




1179.



*Ps.* Ju-bi-lémus De-o. (*xciv.* 1. *b.*) 20*.

1519:119v.

Hymn. IV.




8393.

*[Ut supra in psalterio* [156]. *et in superiore gradu incipiatur hymnus ad dispositionem rectoris. Cetera omnia que ad generale officium rectoris pertinent idem rector vel per se vel alium exequatur. Prima antiphona ab uno puero prime forme incipiatur. Secunda antiphona a sibi opposito prime forme, et ita cetere antiphone per ordinem discurrant. Prima lectio legat puer ebdomadarius et ℟. cantetur. Secunda lectionem legat aliquis de secunda forma, et tertia lectionem aliquis de superiore gradu. Responsoria cantentur a clericis juxta ordinem lectorum.]*[2]

## *Ad*[3] *nocturnum.*

*Ant.* Dóminus defénsor. [159].

*Ps.* Dóminus illuminátio. (*xxvj.*) [159].

*Et alie antiphone cum suis psalmis sicut in psalterio notatum est.*[4]

℣. Dómine in celo misericórdia tua.

℟. Et véritas tua usque ad nubes.

*Lectio j.* (*Roma. ij.* [: 12].)

QUicúnque enim sine lege peccavérunt : sine lege perí-bunt. Et quicúnque in lege peccavérunt : per legem judicabúntur. Non enim auditóres legis justi sunt apud Deum : sed factóres legis justificabúntur. Tu.

AS:110; 1519:119v; 1531:65v.

7459. 1. Resp. I.




7459a.

*Lectio ij.* (*Rom. ij.* [: 14].)

CUm enim [5] gentes que legem non habent naturáliter, ea que legis sunt fáciunt, ejúsmodi legem non habéntes : ipsi sibi sunt lex, qui osténdunt opus legis scriptum in córdibus suis, testimónium reddénte illis consciéntia ipsórum, et inter se ínvicem cogitatiónum accusántium, aut étiam defendéntium, in die cum judicáverit Deus occúlta hóminum secúndum evangélium meum, per Jesum Christum. Tu autem.

AS:111; 1519:120r; 1531:65v.

2 Resp. V.




6237.

6237a.

*Lectio iij.* (*Rom. ij.* : 17.)

[66r.] SI autem tu Judéus cognomináris, et requiéscis in lege, et gloriáris in Deo, et nosti voluntátem ejus, et probas utilióra instrúctus per legem : confídis teípsum esse ducem cecórum, lumen eórum qui in ténebris sunt, eruditórem insipiéntium, magístrum infántium, habéntem formam sciéntie et veritátis in lege. Qui ergo álium doces, teípsum non doces ? Qui prédicas non furándum, furáris ? Qui dicis non mechándum, mecháris ? Qui abomináris ydóla, sacrilégium facis ? Qui in lege gloriáris, per prevaricatiónem legis Deum inhonóras ? Nomen enim Dei per vos blasphemátur inter gentes : sicut scriptum est. Circuncísio quidem prodest : si legem obsérves. Si autem prevaricátor legis sis[6] : circuncísio tua prepútium facta est.

AS:111; 1519:120r; 1531:66r.[7]

6404. 3. Resp. V.




℣. Glória. XX. †Et.

## *[Ante laudes.]*

℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.

℟. Quemádmodum sperávimus in te.

*Iste versus dicitur ante laudes in omnibus feriis a* Dómine ne in ira. *usque ad xl. et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini quando de feria agitur.*

## ℂ *In laudibus.*

*Ant.* Miserére. [172].

*Ps.* *Ipsum.* (*l.*) [172].

*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio notatum est.*

*Capitulum.* (1 *Corinth. xvj.* [: 13].)

Vigiláte et oráte, state in fide, viríliter ágite, et confortámini : et ómnia vestra in charitáte fiant.

*Hoc capitulum dicatur in omnibus feriis ad laudes usque ad caput jejunii, et a* Deus

ómnium. *usque ad adventum Domini, quando de feria agitur.*

*Hymnus.* Splendor patérne glórie. *ut in psalterio notatur.* [176].

℣. In matutínis Dómine meditábor in te.

℟. Quia fuísti adjútor meus.

*Iste versus dicatur in omnibus feriis ad laudes usque ad xl. et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini, quando de feria agitur.*

*Ant.* Benedíctus Deus Israel.[8] [179].

*Ps.* Ipsum. 56*.

Kyrieléyson. [179].

*Preces ut in psalterio notatum est post nocturnum* Dóminus illuminátio mea. [179].[9]

*Oratio.* Vota quésumus Dómine. 637.

*[Sacerdos in oratione dicendi locum mutet sed non habitum. Ad vesperas et ad matutinas ad gradum chori dicat ipse sacerdos orationem absque ceroferariis. Non thurificet altare, nec chorum in feriis nec in festis iij. lectionum sine regimine chori ad matutinas nec ad vesperas. Et dicatur predicta oratio per totam ebdomadam ad matutinas et ad alias horas. Et sic deinceps dicantur preces omnibus ferialibus diebus usque ad cenam Domini.]*[10]

*Quotidie fiant memorie de sancta Maria, et de omnibus sanctis in feriis et in festis iij. lectionum usque ad caput jejunii tam ad vesperas quam ad matutinas.*

*[Deinde]* [11] *De sancta Maria fiat memoria supradicto modo* [12] *usque ad purificationem.*[13] [161].

*Post purificationem vero usque ad caput jejunii, in profestis diebus :*

*Ad matutinas.*

## *Memoria de sancta Maria.*

*Ant.* Beáta mater. [188].

℣. Post partum. [188].

*Oratio.* Famulórum. [190].

*Vel oratio.* Omnípotens sempitérne Deus nos fámulos. [190].

*Non dicitur oratio* Concéde quésumus miséricors Deus, fragilitáti. *ad memoriam de sancta Maria : nisi ad processionem tantum.*

## *Memoria de omnibus sanctis.*

*Ant.* Exultábunt sancti. [190].

℣. Mirábilis Deus. [191].

*Oratio.* Infirmitátem. [191].

*Alia oratio.* Omnium sanctórum. [191].

*Alia oratio.* Vide Dómine. [191].

*Oratio.* Tríbue quésumus Dómine. [191].

## ℭ *Ad j.*

AS:112; 1519:121r; 1519-P:38r, 39r; 1531:66r; SB-P:46.

sar0028.




*Cetera omnia que ad j. pertinent : ut in secunda feria adventus Domini supra dictum est expleantur : ita tamen quod responsorium* Jesu Christe. *dicatur usque ad purificationem cum versu* Qui de vírgine [dignátus es nasci, miserére nobis. *&c.*][14] [111].

## ℭ *Ad iij.*[15]

*Ant.* Véniant[16] michi. [131].

*Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) [131].

*Cap.* Sana me Dómine.

℟. Sana ánimam meam.[17]

℣. Adjútor.

*Require omnia ista in psalterio post* Legem pone. [135].

## ℭ *Ad sextam.*

*Ant.* Non confúndas.[18] [141].

*Ps.* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].

*Cap.* Omnia probáte.

℟. Benedícam.

℣. Dóminus regit me.

*Require omnia ista post psalmum* Defécit. *in psalterio.* [145].

## ℭ *Ad nonam.*

*Ant.* Juxta elóquium. [150].

*Ps.* Mirabília. (*cxviij. ix.*) [150].

*Cap.* Alter altérius.

℟. Rédime me.

℣. Ab occúltis.

*Require omnia ista in psalterio post psalmum* Mirabília. [154].

*Hore predicte dicuntur supradicto modo in omnibus feriis usque ad xl. et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini quando de feria agitur.*

## ℭ *Ad vesperas.*

*Ant.* Inclinávit. [317].

*Ps.* Diléxi. (*cxiiij.*) [317]. *[&c.]*

*Cap.* Dóminus autem dírigat. [314].

*Hymnus.* Imménse celi cónditor. [320].

℣. Dirigátur. [316].

*Ant.* Magníficet.[19] [322].

*Ps.* Magníficat. 53*.

*Require omnia ista in psalterio cum suis antiphonis sicut ibidem notatum est.* [317].

*Preces et oratio ut supra.* [179]; 637.

### *Memoria de sancta Maria.*[20]

*Ut supra usque ad purificationem.* [185].

*Post purificationem [vero]*[21] *ant.* Sancta María. [193].

℣. Sancta Dei génitrix. [193].

*Vel alia ant.* Sancta Dei génitrix. [193].

℣. Post partum. [188].

*Vel alia ant.* In prole mater. [193].

℣. Sancta Dei génitrix. [193].

*Oratio.* Famulórum. *vel oratio.* Omnípotens sempitérne. *ut supra ad matutinas.* [190].

## *Memoria de omnibus sanctis.*

*Ant.* Sancti Dei omnes. [194].

*Vel ant.* Sanctórum précibus. [195].

*Vel ant.* Omnes elécti. [194].

*Vel ant.* O quam. [195].

℣. Letámini. [194].

*Oratio.* Infirmitátem. *vel alie orationes ut supra ad matutinas quere in secunda feria post hystoriam* Deus ómnium. [191].

*Isti duo versus qui dicuntur ad memoriam de omnibus sanctis videlicet ad matutinas et ad vesperas non variantur : nisi quando versus* Letámini. *ad j. vesperas de die dicitur, tunc ad memoriam de omnibus sanctis dicetur versus* Exúltent justi. *Similiter ad*
*[66v.]* *matutinas quando versus* Mirábilis Deus. *in laudibus dicitur : tunc ad memoriam de omnibus sanctis dicetur versus* Justórum anime. 424. *Quod per totum annum observetur : nisi in adventu Domini et in tempore paschali et cetera.*

*[ ℂ Ad completorium antiphonam super psalmos incipiat quidam de secunda forma pro voluntate rectoris ebdomarii : cetera omnia ut in dominica excepto quod hic fiant preces cum prostrationibus.]*[22]

# ℂ *Feria iij.*

## *[Ad matutinas.]*

*Invitatorium.* Jubilémus.[23] [197].

*Ps.* Veníte. (*xciiii.*) 34*.

*Hymnus.* Consors patérni lúminis. [197].

*Super nocturnum, ant.* Ut non delínquam [in lingua mea].[24] [199].

*Ps.* Dixi custódiam. (*xxxviij.*) [199].

*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*

℣. Immola Deo sacrifícium laudis.
℟. Et redde Altíssimo vota tua.

*Lectio prima.* (*Roma, ij.* : 26.)

SI igitur prepútium justítias legis custódiat : nonne prepútium illius in circuncisiónem reputábitur, et judicábit quod ex natúra est prepútium legem consúmmans, te qui per lítteram et circuncisiónem prevaricátor legis es ? Non enim qui in manifésto Judéus est, neque que in manifésto in carne est circuncísio : sed qui in abscóndito Judéus est, et circuncísio cordis in spíritu non líttera, cujus laus non ex homínibus, sed ex Deo est.

AS:114; 1519:122v; 1531:66v.

1 Resp. II. 6154.




6154a.

*Lectio secunda.* (*Roma. iij.* : 1.)

QUid ergo ámplius est Judéo, aut que utílitas circuncisiónis ? Multum per omnem modum. Primum quidem quia crédita sunt illis elóquia Dei. Quid enim si quidam eórum non crediderunt ? Nunquid incredúlitas illórum fidem Dei evacuávit ? Absit. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, Ut justificéris in sermónibus tuis : et vincas cum judicáris.

AS:114; 1519:122v; 1531:66v.[25]

7698. 2. Resp. I.




*Lectio iij.* [*Rom. iij.* : 5.]

SI autem iníquitas nostra justíciam Dei comméndat, quid dicémus ? Nunquid iníquus Deus est qui infert iram ? Secúndum hóminem dico. Absit. Alióquin, quómodo judicábit Deus hunc mundum ? Si

enim véritas Dei in meo mendácio abundávit in glóriam ipsíus : quid adhuc et ego tanquam peccátor júdicor, et non sicut blasphemámur et sicut áiunt quidam nos dícere, Faciámus mala ut véniant bona ? Quorum damnátio justa est. Tu autem.

AS:114; 1519:123r; 1531:66v.




℣. Glória. XX. †Sana.

## *[Ante laudes.]*

℣. Fiat misericórdia tua [Dómine super nos].[26] [211].

## ❙ *In laudibus.*

*Ant.* Secúndum magnam. *et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.* [211].

*Cap.* Vigiláte. [176].

*Hymnus.* Ales diéi núncius. [214].

℣. In matutínis. [215].

*Ant.* Eréxit Dóminus.[27] [215].

*Ps.* Benedíctus. 58*.
*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

## ℂ *Ad vesperas.*

*Ant.* In domum. [323].
*Ps.* Letátus. (*cxxi.*) [323].
*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*
*Cap.* Dóminus autem dírigat. [314].
*Hymnus.* Tellúris ingens cónditor. [326].
℣. Dirigátur Dómine. [316].
*Ant.* Exultávit.[28] [328].
*Ps.* Magníficat. 53*.
*Ut in psalterio ibidem notatum est.*
*[Oratio ut supra.]*[29] 637.

# ℂ *Feria iiij.*

## *[Ad matutinas.]*

*Invitatorium.* In manu tua.[30] [217].
*Ps.* Veníte. 34*.
*Hymnus.* Rerum Creátor óptime. [217].
*Super nocturnum ant.* Avértet Dóminus. [219].
*Ps.* Dixit insípiens. (*lij.*) [219].
*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*
℣. Deus, vitam meam annunciávi tibi.
℟. Posuísti láchrymas meas in conspéctu tuo.

*Lectio j.* (*Roma. iij.* : 9.)

QUid ígitur ? Precéllimus eos ? Nequáquam. Causáti enim sumus Judéos atque Grecos omnes sub peccáto esse, sicut scriptum est, Quia non est justus quisquam, non est intélligens, non est requírens Deum. Omnes declinavérunt simul inútiles facti sunt : non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum. Sepúlchrum patens est guttur eórum, línguis suis dolóse agébant : venénum áspidum sub lábiis

eórum. Quorum os maledictióne et amaritúdine plenum est : velóces pedes eórum ad effundéndum sánguinem. Contrítio et infelícitas in viis eórum, et viam pacis non cognovérunt : non est timor Dei ante óculos eórum. Tu autem Dómine.

AS:116; 1519:123v; 1531:66v.[31]




7208.

7208a.

*Lectio secunda.* [*Rom. iij.* : 19.]

SCimus autem quóniam quecúnque lex lóquitur, his qui in lege sunt lóquitur, ut omne os obstruátur, et fiat súbditus omnis mundus Deo : quia ex opéribus legis non justificábitur omnis caro coram illo. *[67r.]* Per legem enim cognítio peccáti. Nunc autem sine lege justícia Dei manifestáta est : testificáta a lege et prophétis. Tu autem Dómine mise-

rére [nostri].[32]

AS:117; 1519:123v; 1531:67r.[33]

2. Resp.
V.

7350.



PA- rá-tum * cor me-um De- us pa-rá- tum



cor me- um. †Cantá- bo et psal-mum di-cam Dómi- no.

7350a.



℣. Ex- úrge gló-ri- a me- a, ex-úrge psalté-ri- um et



cýtha- ra : ex-úrgam di- lú-cu- lo. †Cantá- bo.

*Lectio tertia.* [*Rom. iij.* : 22.]

JUstítia autem Dei est per fidem Jesu Christi : in omnes et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distínctio. Omnes enim peccavérunt, et egent glória Dei, justificáti gratis per grátiam ipsíus, per redemptiónem que est in Christo Jesu, quem propósuit Deus propiciatórem per fidem in sánguine ipsíus, ad ostensiónem justície sue, propter remissiónem precedéntium delictórum in sustentatióne Dei ad ostensiónem justítie ejus in hoc témpore : ut sit ipse justus, et justíficans eum qui ex fide est Jesu Christi.

AS:117; 1519:124r; 1531:67r.

3. Resp.
V.

6038.



AD- jú-tor me-us * ti-bi psal- lam qui- a De-us




6038a.

℣. Glória. XX. †Deus.

## *[Ante laudes.]*

℣. Fiat misericórdia tua Dómine. [231].

## ☾ *In laudibus.*

*Ant.* Amplius. [32].
*Ps.* Miserére. (*l.*) [172].
*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*[34]
*Cap.* Vigiláte. [176].
*Hymnus.* Nox et ténebre. [234].
℣. In matutínis. [235].
*Ant.* Salútem. [235].
[*Ps.* Benedíctus. 58*.][35]
*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

## *Ad vesperas.*

*Ant.* Beátus vir. [329].

*[Ps.* Nisi Dóminus.*]*[36] [XXX].

*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*

*Cap.* Dóminus autem dírigat. [314].

*Hymnus.* Celi Deus. [332].

℣. Dirigátur. [316].

*Ant.* Respexísti.[37] [334].

*Ps.* Magníficat. 55*.

*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

# ℂ *Feria v.*

## *[Ad matutinas.]*

*Invitatorium.* Adorémus Dóminum [quóniam ipse fecit nos].[38] [237].

*Ps.* Veníte. 34*.

*Hymnus.* Nox atra rerum. [237].

*Super nocturnum ant.* Dómine Deus. [239].

*Ps.* Salvum. *secundus.* (*lxviij.*) [239].

*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*

℣. Gaudébunt lábia mea cum cantávero tibi.

℟. Et ánima mea quam redemísti.

*Lectio prima.* (*Roma. iij.* : 27.)

UBi est ergo gloriátio tua ? Exclúsa est. Per quam legem ? Factórum ? Non : sed per legem fidéi. Arbitrámur enim justificári hóminem per fidem : sine opéribus legis. An Judeórum Deus tantum ? Nonne et géntium ? Immo et géntium. Quóniam quidem unus est Deus qui justíficat circuncisiónem ex fide : et prepútium per fidem.

AS:119; 1519:124v; 1531:67r.[39]

1. Resp. III.




6423.

6423a.

*Lectio ij.* (*Rom. iij.* : 31.)[40]

LEgem ergo destrúimus per fidem ? Absit, sed et legem statúimus. Quid ergo dicémus invenísse Abraham patrem nostrum secúndum carnem ? Si enim Abraham ex opéribus legis justificátus est : habet glóriam, sed non apud Deum. Quid enim scriptúra dicit ? Crédidit Abraham Deo : et reputátum est ei ad justítiam.

AS:119; 1519:125r; 1531:67r.[41]

2. Resp. VIII.




7529.




*Lectio iij.* (*Rom. iv.* : 4.)

EI autem qui operátur, merces non imputátur secúndum grátiam : sed secúndum débitum. Ei vero qui non operátur, credénti autem in eum qui justíficat ímpium, reputátur fides ejus ad justítiam, secúndum propósitum grátie Dei : sicut et David dicit beatitúdinem hóminis cui Deus accépto fert justítiam sine opéribus, Beáti quorum remísse sunt iniquitátes : et quorum tecta sunt peccáta. Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum. Beatitúdo ergo hec in circuncisióne tantum manet : an étiam in prepútio ? Dícimus enim quia reputáta est

Abrahe fides ad justítiam. Quómodo ergo reputáta est ? In circuncisióne an in prepútio ? Non in circuncisióne : sed in prepútio. Tu autem Dómine.

AS:120; 1519:125r; 1531:67r.[42]




6762.

6762a.

*[Ante laudes.]*

℣. Fiat misericórdia. [253].

## ℭ *In laudibus.*

*Ant.* Tibi soli.[43] [254].

*Ps.* Miserére. (*l.*) [172].

*Et alie antiphone cum suis palmis ut in psalterio ibidem notatum est.*

*Cap.* Vigiláte et oráte. [176].

*Hymnus.* Lux ecce. [257].
℣. In matutínis. [258].
*Ant.* In sanctitáte.[44] [259].
*Ps.* Benedíctus. 58*.
*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

## ℭ *Ad vesperas.*

*Ant.* Et omnis. [335].
*Ps.* Meménto. (*cxxxj.*) [335].
*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*
*Cap.* Dóminus autem dírigat. [314].
*Hymnus.* Magne Deus poténtie. [340].
℣. Dirigátur. [316].
*Ant.* Depósuit.[45] [341].
*Ps.* Magníficat. 46*.
*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

# ℭ *Feria vj.*

## *[Ad matutinas.]*

*Invitatorium.* Dóminum qui.[46] [260].
*Ps.* Veníte. 34*.
[67v.] *Hymnus.* Tu Trinitátis únitas. [260].
*Super nocturnum ant.* Exultáte. [262].
*Ps.* Ipsum. (*lxxx.*) [262].
*Et cetere antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*
℣. Intret orátio mea in conspéctu tuo. [276].

*Lectio j.* (*Rom. iv.* : 11.)

ET signum accépit circuncisiónis, signáculum justítie fidéi que est in prepútio : ut sit pater ómnium credéntium per prepútium, ut reputétur et illis ad justíciam, et sit pater circuncisiónis, non his tantum qui sunt ex circuncisióne, sed et his qui sectántur vestígia fidéi que est in prepútio patris nostri Abrahe.

AS:121; 1519:125v; 1531:67v.[47]

1. Resp. IV.




6317.

6317a.

*Lectio ij.* (*Rom. iv.* : 13.)

NOn enim per legem promíssio Abrahe, aut sémini ejus, ut heres esset mundi : sed per justítiam fidéi. Si enim qui ex lege herédes sunt : exinaníta est fides, abólita est promíssio. Lex enim : iram operátur. Ubi enim non est lex : nec prevaricátio. Tu autem Dómine.

AS:122; 1519:126r; 1531:67v.[48]

7161. 2. Resp. I.




*Lectio iij.* (*Rom. iv.* : 16.)

IDeo ex fide : ut secúndum grátiam firma sit promíssio omni sémini. Non ei qui ex lege est solum, sed et ei qui ex fide est Abrahe, qui est pater ómnium nostrum : sicut scriptum est, Quia patrem multárum géntium pósui te ante Deum, cui credidísti qui vivíficat mórtuos et vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt.

AS:122; 1519:126r; 1531:67v.[49]

6716. 3. Resp. VII.






6716a.

℣. Glória. XX. †Et.

## *[Ante laudes.]*

℣. Fiat misericórdia. [276].

## ☾ *In laudibus.*

*Ant.* Spíritu principáli. [276].

*Ps.* Miserére. (*l.*) [172].

*Et alie antiphone cum suis psalmis, sicut in psalterio ibidem notatum est.*

*Cap.* Vigiláte et oráte. [176].

*Hymnus.* Etérna celi glória. [280].

*Isti predicti hymni feriales et predicti hymni dominicales scilicet* Deus Creátor ómnium. *et* Primo diérum. *et* Etérne rerum. *hoc eodem ordine dicuntur in dominicis et in feriis usque ad xl. tantum quando de temporali agitur.*

℣. In matutínis. [281].

*Ant.* Per víscera.[50] [282].

*Ps.* Benedíctus. 60*.

*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

## ℂ *Ad vesperas.*

*[ ℂ Feria vj. ad vesperas quando non fit plenum servitium de sancta Maria nec de aliquo festo ix. lectionum ut in vigiliis et iiij. temporum, et per quadragesimam super psalmos]*[51] *ant.* In conspéctu angelórum. [342].

*Ps.* Confitébor *iij.* (*cxxxvij.*) [342].

*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*

*Cap.* Dóminus autem dírigat. [314].

*Hymnus.* Plasmátor hóminis. [347].

℣. Dirigátur. [316].

*Ant.* Suscépit Deus.[52] [348].

*Ps.* Magníficat. 59*.

*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

# ℂ *Sabbato.*

## *[Ad matutinas.]*

*[Quando de feria agitur, dicetur hoc]*[53] *invitatorium.* Dóminum Deum.[54] [283].

*Ps.* Veníte. 34*.

*Hymnus.* Summe Deus cleméntie. [283].

*Super nocturnum ant.* Quia mirabília. [285].

*Ps.* Cantáte *ij.* (*xcvij.*) [285].

*Et alie antiphone cum suis psalmis, ut in psalterio ibidem notatum est.*

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor [meus ad te véniat].[55]

*Lectio prima.* (*Rom. iv.* : 18.)

QUi contra spem, in spem crédidit ut fieret pater multárum géntium : secúndum quod dictum est ei, Sic erit semen tuum, sicut stelle celi et aréna maris. Et non est infirmátus in fide, nec considerávit corpus suum emórtuum, cum jam fere centum esset annórum : et emórtuam vulvam Sare. Tu autem Dómine miserére nostri.

AS:124; 1531:67v.

1. Resp. III.




7162.

7162a.

*Lectio ij.* (*Rom. iv.* : 20.)

IN repromissióne étiam Dei non hesitávit diffidéntia, sed confortátus est fide dans glóriam Deo : pleníssime sciens quia quecúnque promísit Deus potens est et fácere. Ideo et reputátum est illi ad justítiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputátum est illi ad justítiam : sed et propter nos quibus reputábitur credéntibus in eum, qui suscitávit Dóminum nostrum Jesum Christum a mórtuis, qui tráditus est propter delícta nostra, et resurréxit propter justificatiónem nostram.

AS:124; 1531:67v.[56]

6495. 2. Resp. VIII.




6495a.

*Lectio iij.* (*Roma. v.* : 1.)

JUstificáti ergo ex fide, pacem habeámus ad Deum, per Dóminum nostrum Jesum Christum : per quem accéssum habémus per fidem in grátiam istam et in qua stamus, et gloriámur in spe glórie filiórum Dei. Non solum autem, sed et gloriámur in tribulatiónibus : sciéntes quod tribulátio patiéntiam operátur, patiéntia autem probatiónem, probátio vero spem. Spes autem non confúndit : quia cháritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, per Spíritum Sanctum qui datus est nobis. *[68r.]*

AS:125; 1531:68r.

3. Resp. VIII.




7820.

7820a.

℣. Glória. XX. †Quia.

## *[Ante laudes.]*

℣. Fiat misericórdia tua. [299].

## ℭ *In laudibus.*

*Ant.* Benígne fac. [299]

*Ps.* Miserére. (*l.*) [172].

*Et alie antiphone cum suis psalmis ut in psalterio ibidem notatum est.*

*Cap.* Vigiláte et oráte. [176].

*Hymnus.* Auróra jam spargit polum. [304].

℣. In matutínis. [305].

*Ant.* In viam pacis.[57] [305].

*Ps.* Benedíctus. 46*.

*Ut in psalterio ibidem notatum est.*

¶ *Supradictus ordo feriarum de invitatoriis incipiendis servetur in omnibus feriis a* Dómine ne in ira. *usque ad passionem Domini : et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini. De antiphonis vero cum suis psalmis ad vesperas et ad matutinas in nocturnis idem ordo servetur per totum annum extra tempus pasche.*[58] *De versibus etiam ante lectiones : a* Dómine ne in ira. *usque ad quadragesimam et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini. De antiphonis in laudibus [similiter]*[59] *per totum annum extra tempus pasche : nisi in iij. ebdomada adventus Domini, et in proxima ebdomada ante pascha. De responsoriis vero ad matutinas a* Dómine ne in ira. *usque ad septuagesimam tantum. De antiphonis vero super* Benedíctus. *et* Magníficat. *usque ad septuagesimam : et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini.*[60] *Et si aliquod festum*[61] *in aliqua predictarum feriarum contigerit : nichilominus ordo feriarum de invitatoriis, antiphonis, psalmis, et versiculis in nocturnis, et de responsoriis, et de antiphonis cum suis psalmis in laudibus : et de antiphonis super psalmum* Benedíctus. *et* Magníficat. *servabitur in sequenti feria.*

## Notes, pages 665-692.

[1] 1519:119v.
[2] 1519:119v.
[3] '*Super*', 1519:119v.
[4] '*Et cetere antiphone sum suis psalmis et versiculis, sicut in prima hebdomada adventus Domini intitulantur, et infra psalterium scribuntur.*' 1519:119v.
[5] 'autem', *Vulgate.*
[6] 'es', *Vulgate.*
[7] 1519:120r. does not indicate '∃' at 'cordis'.
[8] 1519:120v. includes the full music and text here.
[9] *hoc est,* post Matutinas (et Laudes) de ii. Feria [156]–[179] que initium habent cum Ps. xxvi., [159]. [SB:ccccxxi.]
[10] 1519:120v.
[11] 1519:120v.
[12] 'ut supra in octava sancti Stephani.' 1519:120v.
[13] At this point 1519:120v. includes the antiphons, versicles, and prayers for memories of the blessed virgin and for all saints in the season after the purification. In this edition these memories appear on pages [188]. ff.
[14] SB:ccccxxii.
[15] 1519:121r. ff. contains the full music and text for the antiphons and responsories of Terce, Sext and None.
[16] 'Véniat', 1531:66r.
[17] 1531:66r. has 'Sana Dómine.'
[18] SB:ccccxxii. has 'confúndar'.
[19] 1519:121v. includes the full text and music here.
[20] At this point 1519:120v. includes the antiphons, versicles, and prayers for memories of the blessed virgin and for all saints in the season after the purification. In this edition these memories appear on pages [193]. ff.
[21] 1519:121v.
[22] 1519:122v.
[23] 1519:122v. includes the full text and music here.
[24] SB:ccccxxiii.
[25] In 1519:123r. the C clef implies B∃ at 'immíssit'. B∃ may also be appropriate at 'Dóminus.'
[26] 1519:123r.
[27] 1519:123r. includes the full text and music here.
[28] 1519:123r. includes the full text and music here.
[29] 1519:123v.
[30] 1519:123v. includes the full text and music here.
[31] In 1519:123v. 'resérves' is set FGB≅G.AB≅CB≅AFGB≅AB≅CB≅.AG.

[32] SB:ccccxxvii.
[33] In 1519:123v. the beginning of 'Cantábo' appears as FAA. At the repeat it appears as FAg.
[34] 1519:123r. includes the full text and music of the antiphons for lauds here.
[35] 1519:124v.
[36] 1519:124v.
[37] 1519:124v. includes the full text and music here.
[38] 1519:124v. includes the full text and music here.
[39] In 1519:124v. 'Dómine' is set D.CDEDCBCBAB.BA; 'non' is set GACABC.
[40] 1531:67r. indicates 'Roma. 4.'
[41] In 1519:125r. 'Deus' is set GA.AGAGGF. 1519:125r. has 'dum cantávero'.
[42] In 1519:125r. 'mea' is set DCDFEDC.DC; a flat appears in the D space at 'redemísti'. No flat appears here in AS:120. The natural sign is editorial.
[43] 1519:125v. includes the musical incipit here.
[44] 1519:125v. includes the full text and music here.
[45] 1519:125v. includes the full text and music here.
[46] 1519:125v. includes the full text and music here.
[47] In 1519:125v. 'etérnum' is st GAGF.EFGEF.ED.
[48] In 1519:126r. 'inférno' is set D.FG.FEFG.
[49] 1519:126r. has 'spei mei'.
[50] 1519:126v. includes the full text and music here.
[51] 1519:126v.
[52] 1519:126v. includes the full text and music here.
[53] 1519:126v.
[54] 1519:126v. includes the full text and music here.
[55] At this point 1519 skips forward to the ℣. Ante Laudes.
[56] 1531:67v has 'ad te véniat. '
[57] 1519:126v. includes the full text and music here.
[58] 1519:127r. adds '*qui in adventu Domini.*'
[59] 1519:127r.
[60] 'quando non agitur de Dominica ferialiter.' *Rubrica Brev. Ebor.* [SB:ccccxxxiv.]
[61] 'festum alicujus sancti.' 1519:127r.